



Nobiliss^o & Spectabiliss^o D. D. Const: Huygenio p

Vol: Smits, S. D. Pl.

Non ita mihi Suffenus sum, Vir Spectabilis, ut non sciam, quam
sit periculose plenum opus alicuius, hominem ingenio tarchum, doctrinae
rudem, literariorum adminiculorum inopem, antiquae historiae originumque
patriarum tentare abyssum. Feci tamen istam te inventore alicuius,
quam ne plane dubiam sequeremur, conatum meum tibi gustum
destinabam, ut iudicares opere ne pretium facturis essem, si coepo porro
instarem. Miseram apographum duorum capitum emanulatum, dum apud
Flandros agis, ad veterem Collegam meum Danielem Gysium, Lugdunensis
Ecclesiae Pastorem, tibi Hagam reverso mittendum. Interea hic ad occursum
in itinere atque occupatissimo, ultra si quis vidisti pedes. Et jam ^{me} frigebat
pudebatque istius confidentiae, vereturque ne liturae et ~~pericula~~ tibi
stomachum moverent, cum tuae litterae mihi ut Minervae calculis animum
reddiderunt, isdem tu alter Moxonyedus, cum Mercuriali virga-
cadenaeque sic torpentem excitasti atque transisti, ut diptilo tardior nunc dardali
mihi remigium optem, ne lentum magno in opere mors non lenta opprimat;
quando Huygenio meo et labor placet et causa. Et vide fides reapse
fructum literarum, novum continuo descripti caput, quod in adversariis
quidem aliquandiu jacent, neque tamen ultima lima expositum est, nec
satis quidem per intervalla ad invicem redit. Sperem me reliqua quaeque
quae supersunt quatuor, a moribus et dignitate Batavorum et a nomine
sententiaque super origine oppidi, totidem forte hebdomadibus, nisi alia impediant,
dare posse, sed rudismente delineata per intervalla eliminanda, atque ita
commentariolo de Batavorum oppido finem imponere; Si tamen eodem
quo hoc capite ago per te compendios avere liceat. Non unius oppidi,
sed totius gentis causa, mea est. Cui me commentariolo oppidi concludere?
Non possum annalem oppido clavum fugere, ut non simul gentis cuius
oppidum fuit annos colligam. Monumenta antiquaria certi temporis
continua annorum serie ordinanda veniunt. Si ~~ita~~ quae de Batavorum
gente et finibus generatim commentariolo praefigere parabam, istis
praefigam

præfigam, ipsa monumenta me ad ea tempora ducent, quibus
Historia Barbarie obscurata missionem facile dabit. Quæ
incerti sunt temporis, illa non genti et oppido tantum, sed
universæ antiquitati illustrandæ faciunt; Ea mole sua commentariorum
gentis, magisque commentariolum de oppido onerarent. Licet
in libris de Lucernis veterum reconditis, Pauli Petavii meminit,
qui non ita pridem Antiquæ suppellectilis portinentiam et summorum
veterum quorundam evulgavit. In illos Petavii libros nunc inquirere.
Visum quid ille præstiterit, an eadē modum Batavia
hæc seorsim dare ex nostro usi sit. Rectius forte Bataviæ
nomen omnibus inscribam. Sed ista missa facio. Res ferè
ubiq; eadem, quæ ubi confecta fuerit facile titulum inveniet.
Plurima sunt de quibus aliquando, quod spero supra regi supra.
Datis enim ut te consultare procedat, quod te præcipue suadere
cepit opus. Non ero tamen novorum capitum missione in
posterum plus satis districto importunus. Vale, Vir Eximie
pietatis, patriæ bono et fave. Noriomagii, V. Cal. VIIbris, fil:
A. R. CIOIOXL.

D. Gyllius, cuius modo memini, alter qui me identidem ad
perexendam antiq. telam hortabatur, nobis ante hebdomadas
quatuor ereptus est. Multa illa antiquæ suppellectilis hæc congecit
quæ sui ex Fratre nepoti legavit, eorum ordinandorum causa
post septimanas aliquot Ludunum coivto, Quod, si Deus volet,
et heredis adolescentis et huius nostri operis bono fiet.
Litteræ tuæ, cum quibus tria quæ miseram scripti mei capita
ad me redierunt, superiore Lunæ procreta jam tunc die
recte tradita fuerunt. Vale iterum.

